

Google


HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

In quantum
Euripides Heracliti
rationem auctoritatemque
susceperit

disputat


Fr. Lommer,
in gymnasio Mettenensi adiutor.

Beilage

zum

Jahres-Berichte der Studien-Anstalt Metten für 1878/79.

Druck der Jos. Thomann'schen Buchdruckerei in Landshut.


HARVARD COLLEGE
LIBRARY

Praefatio.

Quamquam et de Euripide et de Heraclito cum prioribus temporibus, tum hoc saeculo tot libelli commentariique a viris doctis conscripti sunt, quot haud scio an de nullo alio, tamen ex Euripidis cum Heraclito comparatione aliquid elici potest, quod pauci quidem leviter attigerunt, nequaquam autem explicaverunt. Itaque ex multis illis libris nihil fere repetere potui, quod ex re esset, nisi ex Valkenaeri editione Phoenissarum et Schusteri de Heracliti fragmentis libello (act. soc. phil. Lips. III, Lips. 1873), quorum uterque breviter significat, Euripidem loco quodam Heracliti librum respexisse. Euripidis quae extant, fabulis, pro fundamento posui Kirchhoffii editionem (Berol. 1867), fragmentis autem deperditarum fabularum Nauckii editionem (Lips. 1869). Praeterea Bernaysii Heracliteorum particulam primam (Bonnae 1848) eiusque duas dissertationes (mus. rhen. VII. IX) et de epistolis Heracliteis disputationem (Berol. 1869) inspexi; etsi nihil ad hanc commentationem apti in eis inveni, tamen non potui non admirari acre illius viri ingenium. Etiam fragmenta Heracliti a Bywatero diligentissime collecta respexi. Sed in his rebus explanandis ea, quae Schusterus de Heraclito argute lepideque disseruit, maximam partem suscepi, etiamsi interdum eius ordinem atque rationem in Heracliti fragmentis componendis et explicandis non sum secutus. Novissimis demum diebus mihi contigit, ut Teichmuelleri de Heraclito commentationem

(neue Studien zur Geschichte der Begriffe, I. Heft: Heracleitos, Gothae 1876) acciperem. Atque etiam quae Zellerus (Geschichte der Philos. d. Griechen, I, 4. ed. Lips. 1877) de Heraclito et Anaxagora exposuit, perlegi. Ceterum mirum fere videtur esse, quod eruditus ille vir in Heracliti sententiis exponendis, quae Schusterus Teichmuellerusque argutissime investigaverunt, nondum suscepit. In Valkenaeri diatribe in Euripidis fabularum perditarum reliquias nihil fere repperi, quod usui esset, praeterquam quod non omnia Euripidis fragmenta illo libro continentur.

Quodsi respexeris, hoc in genere neminem unum, quod ego quidem sciam, versatum esse neque satis explanasse, qua in ratione Anaxagorae et Heracliti philosophia sit, ne inclementem, quaeso, sententiam de his musarum mearum primitiis feras.

Mettenae, anno MDCCCLXXIX.

Fr. Lommer.

In quantum **Euripides Heracliti** rationem auctoritatemque susceperit.

Cum antiquitus obscurus ille philosophus Ephesius animos oculosque et philosophorum et philologorum in se convertit, tum novissimis annis ab ingeniosis viris, in quibus Bernaysius, Schusterus, Teichmuellerus excellunt, eius fragmenta ita tractata atque enucleata sunt, ut ea quasi fundamenta aliis atque subtilibus quaestionibus esse possint. Jam a veteribus ille summis laudibus celebrabatur, et homines eruditi posteriorum saeculorum iterum ac saepius locos ab eo repetitos afferunt. Diogenes vero Laertius (IX, 6) refert, disciplinam quandam Heracliteorum inde profectam esse, cui quidem testimonio cur fidem non habeamus causa nulla subest, praesertim quum ipsi sophistae, ut Protagoras (Zell. I, 675) et stoici [1]) sua placita huc maxime referri profiteantur. Quid mirum, si iam eiusdem aetatis homines praecepta et instituta eius in ore habebant omnesque Graeci eruditi reverentia quadam subtilis viri ingenii atque admiratione capti illum de natura librum legebant. Quem Crates quidam, ut auctor est Diogenes L. (IX, 12) in Graeciam detulit eo ipso tempore, quum studium artis scenicae et philosophiae Periclis liberalitate auctum ibi efflorescere coepit. Anaxagoras enim disceptandi ratione populum erudire studebat, quod Euripides fabulas docendo efficere voluit. Anaxagoras autem quodam modo Jonicorum philosophiam naturalem traduxit atque convertit ad illam philosophiae partem dialecticam et moralem, quae in Graecia ipsa praecipue a Socrate, Platone, Aristotele exculta atque perfecta est. Maximam autem partem philosophiae suae, inprimis physicam, quam solam fere excolebat, ex physicorum, quos dicunt, doctrinis repetiit; quin etiam quae de particulis inter se similibus [2]) tradidit, aliquantum ab illis mutuatus

1) ut ait etiam Cic. de nat. deor. III, 14, 35.

2) de hac Ciceronis versione verbi ὁμοιομέρειαι v. Zell. I, 880 adn. 1.

In quantum
Euripides Heracliti
rationem auctoritatemque
susceperit

disputat


Fr. Lommer,
in gymnasio Mettenensi adiutor.

Beilage

zum

Jahres-Berichte der Studien-Anstalt Metten für 1878|79.

Druck der Jos. Thomann'schen Buchdruckerei in Landshut.



Praefatio.

Quamquam et de Euripide et de Heraclito cum prioribus temporibus, tum hoc saeculo tot libelli commentariique a viris doctis conscripti sunt, quot haud scio an de nullo alio, tamen ex Euripidis cum Heraclito comparatione aliquid elici potest, quod pauci quidem leviter attigerunt, nequaquam autem explicaverunt. Itaque ex multis illis libris nihil fere repetere potui, quod ex re esset, nisi ex Valkenaeri editione Phoenissarum et Schusteri de Heracliti fragmentis libello (act. soc. phil. Lips. III, Lips. 1873), quorum uterque breviter significat, Euripidem loco quodam Heracliti librum respexisse. Euripidis quae extant, fabulis, pro fundamento posui Kirchhoffii editionem (Berol. 1867), fragmentis autem deperditarum fabularum Nauckii editionem (Lips. 1869). Praeterea Bernaysii Heracliteorum particulam primam (Bonnae 1848) eiusque duas dissertationes (mus. rhen. VII. IX) et de epistolis Heracliteis disputationem (Berol. 1869) inspexi; etsi nihil ad hanc commentationem apti in eis inveni, tamen non potui non admirari acre illius viri ingenium. Etiam fragmenta Heracliti a Bywatero diligentissime collecta respexi. Sed in his rebus explanandis ea, quae Schusterus de Heraclito argute lepideque disseruit, maximam partem suscepi, etiamsi interdum eius ordinem atque rationem in Heracliti fragmentis componendis et explicandis non sum secutus. Novissimis demum diebus mihi contigit, ut Teichmuelleri de Heraclito commentationem

(neue Studien zur Geschichte der Begriffe, I. Heft: Heracleitos, Gothae 1876) acciperem. Atque etiam quae Zellerus (Geschichte der Philos. d. Griechen, I, 4. ed. Lips. 1877) de Heraclito et Anaxagora exposuit, perlegi. Ceterum mirum fere videtur esse, quod eruditus ille vir in Heracliti sententiis exponendis, quae Schusterus Teichmuellerusque argutissime investigaverunt, nondum suscepit. In Valkenaeri diatribe in Euripidis fabularum perditarum reliquias nihil fere repperi, quod usui esset, praeterquam quod non omnia Euripidis fragmenta illo libro continentur.

Quodsi respexeris, hoc in genere neminem unum, quod ego quidem sciam, versatum esse neque satis explanasse, qua in ratione Anaxagorae et Heracliti philosophia sit, ne inclementem, quaeso, sententiam de his musarum mearum primitiis feras.

Mettenae, anno MDCCCLXXIX.

Fr. Lommer.

In quantum **Euripides Heracliti** rationem auctoritatemque susceperit.

Cum antiquitus obscurus ille philosophus Ephesius animos oculosque et philosophorum et philologorum in se convertit, tum novissimis annis ab ingeniosis viris, in quibus Bernaysius, Schusterus, Teichmuellerus excellunt, eius fragmenta ita tractata atque enucleata sunt, ut ea quasi fundamenta aliis atque subtilibus quaestionibus esse possint. Jam a veteribus ille summis laudibus celebrabatur. et homines eruditi posteriorum saeculorum iterum ac saepius locos ab eo repetitos afferunt. Diogenes vero Laertius (IX, 6) refert, disciplinam quandam Heracliteorum inde profectam esse, cui quidem testimonio cur fidem non habeamus causa nulla subest, praesertim quum ipsi sophistae, ut Protagoras (Zell. I, 675) et stoici [1]) sua placita huc maxime referri profiteantur. Quid mirum, si iam eiusdem aetatis homines praecepta et instituta eius in ore habebant omnesque Graeci eruditi reverentia quadam subtilis viri ingenii atque admiratione capti illum de natura librum legebant. Quem Crates quidam, ut auctor est Diogenes L. (IX, 12) in Graeciam detulit eo ipso tempore, quum studium artis scenicae et philosophiae Periclis liberalitate auctum ibi efflorescere coepit. Anaxagoras enim disceptandi ratione populum erudire studebat, quod Euripides fabulas docendo efficere voluit. Anaxagoras autem quodam modo Jonicorum philosophiam naturalem traduxit atque convertit ad illam philosophiae partem dialecticam et moralem, quae in Graecia ipsa praecipue a Socrate, Platone, Aristotele exculta atque perfecta est. Maximam autem partem philosophiae suae, inprimis physicam, quam solam fere excolebat, ex physicorum, quos dicunt, doctrinis repetiit; quin etiam quae de particulis inter se similibus [2]) tradidit, aliquantum ab illis mutuatus

1) ut ait etiam Cic. de nat. deor. III, 14, 35.

2) de hac Ciceronis versione verbi ὁμοιομέρειαι v. Zell. I, 880 adn. 1.

est, ut haud immerito physicorum novissimus existimari possit. Quae autem de „mente“ (περὶ νοῦ) proposuit, talia erant, ut familiam ducere posset. Sed nescio an perventurus fuerit ad eam sententiam, nisi qui antea in hoc genere versati erant, omnem fere aliam rationem rerum naturam explanandi praeoccupassent, id quod etiam inde apparet, quam non illa „mente“ in philosophiae suae ratione usus sit. Mens enim illa fuit ei quasi deus ex machina in rebus exterioribus enucleandis. Sed ne hoc quidem praeceptum sine ulla cum priorum philosophorum disciplinis coniunctione constituit, cum ipse Heraclitus senserit toti mundo et partibus eius divinam mentem rationemque insertam esse [1]), cuius veram naturam atque essentiam neque Heraclitus neque Anaxagoras prorsus concepit atque perspexit. Quapropter id unum Anaxagorae tribuendum est, quod illam Heracliti mentem mundi a materia separavit.

Ex hac vero sententia: ἓν καὶ πολλὰ [2]) Heraclitus cum non solum rerum unitatem, sed etiam multitudinem earumque dividuam naturam statuisset, auctor extitit Anaxagorae rationis suae materiam digerendi; quin etiam nonnulli veteres eo progressi sunt, ut ex Heracliti placito [3]) „non solum in rerum natura singulas res inter se diversas esse, sed etiam eidem rei diversas proprietates et partes inesse“, Heraclitum materiem in atomos quosdam diffusam esse docuisse iusto argutius concluderent [4]). Ponamus autem illud longe ab Heracliti sententia disiunctum esse, certe non est dubium, quin Anaxagoras praeter alios inprimis Heraclitum et Empedoclem secutus sit et de eorum placitis quaedam immutarit eaque maiore cum subtilitate ac verborum proprietate reddiderit.

Quamquam Anaxagoram ex illo Heracliti libro quaedam repetiisse certis testimoniis veterum scriptorum affirmare non possumus, tamen facile est intellectu ex fragmentis, quae supersunt, eorumque tota philosophiae ratione neque minus est probatu philosophos et eosdem Anaxagorae aequales, qui eius familiaritate utebantur, praeclarum illum libellum diligenter perlegisse magni-

---

1) cf. Zell. I, 607 adn. 2. et 609.

2) cf. Plat. Phileb. c. 14.

3) cf. Schust. p. 228 et q. seq.

4) v. Schust. p. 261 adn. 1. cf. Byw. p. 19, adn. 2.

que fecisse, ut Euripidem et Socratem [1]). Diogenes enim Laertius (II, 22) tradit: *Φασὶ δ' Εὐριπίδην αὐτῷ (Σωκράτει) δόντα Ἡρακλείτου σύγγραμμα, ἐρέσθαι, Τί δοκεῖ; Τὸν δὲ φάναι, Ἃ μὲν συνῆκα, γενναῖα· οἶμαι δὲ, καὶ ἃ μὴ συνῆκα· πλὴν Δηλίου γέ τινος δεῖται κολυμβητοῦ.*

Atqui omnes fere scriptores, qui hoc in genere versati sunt, id consentiunt Euripidem unius Anaxagorae institutione usum esse eiusque solius placita fabulis suis intexuisse, cui sententiae a viris doctis temporibus imperii Romani et occidentalis et orientalis propositae recentiores philologi ferme omnes assentiebantur, praesertim quum Heracliti fragmenta iusto magis neglecta essent. Qua de causa Valkenaerus in editione Phoenissarum eam quaestionem parum explanasse videtur, cum satis haberet indicare Euripidem versu 1168 Heraclitum imitatum esse.

Neque tamen Aristotelis [2]) acre ingenium effugit Euripidem non solum Anaxagorae disciplina institutum fuisse, sed in fabularum compositione etiam Heracliti placita respexisse, quod Plutarchus [3]) item animadvertit. Quodsi ea, quae Diogenes L. (II, 22 iam supra allat.) memoriae prodidit, comparamus cum hoc Athenaei (IV, 134) loco: *Ἀντιφάνης ἐν Καρσὶ . . . κωμῳδεῖ τινα τῶν σοφῶν ὡς παρὰ δεῖπνον ὀρχούμενον, λέγων οὕτως·*

. . οὐχ ὁρᾷς ὀρχούμενον
ταῖς χερσὶ τὸν βάκηλον; οὐδ' αἰσχύνεται
ὁ τὸν Ἡράκλειτον π˜σιν ἐξηγούμενος,
ὁ τὴν Θεοδέκτου μόνος ἀνευρηκὼς τέχνην,
ὁ τὰ κεφάλεια συγγράφων Εὐριπίδῃ,

atque hunc Xenophontis (mem. I, 6, 14) locum, qui recte explicatur loco allato, addimus: *καὶ τοὺς θησαυροὺς τῶν πάλαι σοφῶν ἀνδρῶν, οὓς ἐκεῖνοι κατέλιπον ἐν βιβλίοις γράψαντες, ἀνελίττων κοινῇ σὺν τοῖς φίλοις διέρχομαι καὶ ἄν τι ὁρῶμεν ἀγαθόν, ἐκλεγόμεθα*: ille „Socrates Heraclitum omnibus exponens“ eius libellum praecipue videtur explicasse Euripidi sibi amicissimo, quem quidem in fabulis quoque componendis, ut

1) cf. Xenoph. mem. I, 6, 14: *καὶ τοὺς θησαυροὺς τῶν πάλαι σοφῶν ἀνδρῶν, οὓς ἐκεῖνοι κατέλιπον ἐν βιβλίοις γράψαντες, ἀνελίττων κοινῇ σὺν τοῖς φίλοις διέρχομαι καὶ, ἄν τι ὁρῶμεν ἀγαθόν, ἐκλεγόμεθα.*

2) Eth. Nic. VIII, 2, p. 1155 b I; cf. Eth. Eud. VIII, 1, p. 1235 a 16.

3) de Iside 45, p. 369.

affirmabant homines malevoli (Ath. IV, 134; Diog. L. II, 18), non segniter adiuvabat. Quid autem obstat, quin ponamus, Euripidem Socratis de Heraclito indicium respicientem versibus his (N. fr. 905): [1])

Ὃς τάδε λεύσσων θεὸν οὐχὶ νοεῖ,
μετεωρολόγων δ᾽ ἑκὰς ἔρριψεν
σκολιὰς ἀπάτας, ὧν ἀτηρὰ
γλῶσσ᾽ εἰκοβολεῖ περὶ τῶν ἀφανῶν
οὐδὲν γνώμης μετέχουσα,

Heraclito assensum esse vituperanti eos, qui numinis vim ex iis, quae sub adspectum cadunt, concludere non possent, sed proprias sibi inanesque cogitationes de rerum natura volverent, cum expertes universae mentis viverent, ac si propria mens sibi inesset [2]).

Euripides, qui sua ingenii vi nihil novi atque egregii in philosophia procreabat, varia philosophorum placita ita amplexus est, ut nullis unius disciplinae legibus adstrictus philosophorum doctrinis erudiretur. In bibliothecam enim suam copiosam se abdidit et quae Heraclitus aliique philosophi scripta tradiderunt, summam eis dedit operam (Ath. I, 4; Diog. L. II, 22). Quo fit, ut non solum iterum atque iterum Solonis illud respiciat, neminem ante mortem beatum esse praedicandum (Andr. 100. Herc. 865. Troad. 509) et cuiusdam septem sapientium illud: μηδὲν ἄγαν (Hippol. 205), sed ut etiam placita quaedam Socratis receperit, velut virtutem posse doceri (Suppl. 913) atque ignavum esse, qui ipse sibi mortem consciverit (Herc. 1347) et dei esse nulla re egere (Herc. 1345; cf. Xen. mem. I, 6, 10) [3]) Praeterea exhibet sententiam, quam sophistae, in primis Protagoras, Heracliti (cf. Zell. I, 675) ratione nitentes praecipuam fere proposuerunt, honestum esse, quod cuique tale esse videretur (N. fr. 19). Quibus sitne assensus, iure dubitamus, etsi Plato quidem ob eam

---

1) cf. Sch. p. 279 adn. 1.

2) huc spectant Her. fr. ap. Sch. 10. 24, fortasse etiam 22. 23. 25. Ceterum vide huius comment. p. I, init. § 1. — Socrates quoque ex rerum exteriorum contemplatione concludit esse numen divinum (Xenoph. mem. I, 4).

3) Ceterum sententia quoque, quam invenimus apud Socratem, Platonem, Euripidem, nos hic quasi peregrinari, et animum desiderare reditum in patriam suam, certe profecta est ex Heracliti ratione; cf. Sch. fr. 69—73.

rem faecete eum perstrinxit [1]. Euripidem autem ex variis disciplinis quodcunque maxime eum specie veritatis movit, libasse, etiam hoc Originis loco (c. Cels. VII, num. cit. 720 ed. Migne, Aristoph. Ach. p. 391) comprobatur: *Εὐριπίδης δὲ ὑπὸ Ἀριστοφάνους κωμῳδεῖται ὡς ἀκαιρορρήμων διὰ τὸ πολλάκις περιτεθεικέναι λόγους δογμάτων, ὧν ἀπὸ Ἀναξαγόρου ἢ τινος ἔμαθε τῶν σοφῶν, βαρβάροις γυναιξὶν ἢ οἰκέταις.*

Sed ut praetermittamus omnia illa testimonia, quae per se ipsa satis sint, ut nobis persuasum sit, Euripidem non solum Anaxagorae discipulum fuisse, sed etiam cum studio quodam in Heracliteam se abdidisse philosophiam, magis haec sententia nobis probabitur perlustrantibus eos Euripidis locos, qui eum necessitate quadam Heracliteam philosophiae rationem attigisse declarant. Quae coniunctio eo minus in casu posita esse videtur, quo diligentius Euripides Heracliti librum perlegisse atque cognovisse traditur, familiarissimo usus Socrate, qui omnibus, in primis autem familiaribus suis Heraclitum exponebat. Etsi autem interdum in dubio esse potest, utrum Euripidis locus ad Anaxagoram [2]) an ad Heraclitum referendus sit, quorum alteri multa sint communia cum altero, tamen quaedam inveniuntur, quae haud dubie ex Heracliti libello repetita sunt, sive Heracliti mentem sive verba spectamus.

Illos igitur locos excutientes aptissime supponemus illam, quam exhibet Diogenes L. (IX, 5) libri tripartitam divisionem:

I. *λόγος περὶ τοῦ παντός,*
II. *λόγος πολιτικός,*
III. *λόγος θεολογικός.*

---

1) Serenus in Stob. floril. V, 82: *Εὐριπίδης εὐδοκίμησεν ἐν θεάτρῳ εἰπών· Τί δ' αἰσχρόν, ἂν μὴ τοῖς κεχρωμένοις δοκῇ; καὶ ὁ Πλάτων ἐντυχὼν αὐτῷ· ὦ Εὐριπίδη, ἔφη, αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρόν, κἂν δοκῇ κἂν μὴ δοκῇ.*

2) quibus locis Euripides Anaxagoram respexisset, Valkenaerus in diatribe sua tractabat, sed longius progressus est, cum Heracliti fragmenta nondum diligenter collecta atque respecta essent.

I.

Λόγος περὶ τοῦ παντός.

Ut hac parte fragmenta Heracliti plurima continentur, minima autem theologica, ita se habent Euripidis fabulae cum Heracliti locis comparatae.

§ 1.

Heraclitus in exordio libri, „cum natura se abdere studeat“ [1]) vel ut ait Euripides: *τὰ πάντα γὰρ τῶν θεῶν εἰς ἀφανὲς ἕρπεται* (Iph. T. 476), quaestionem proposuisse videtur, quo modo ad rerum naturam cognoscendam pervenire possimus, atque dicit ex eis, quae ante oculos posita sint, concludenda esse ea, quae cerni non possint, id quod plurimi non intellegant. Eo spectant haec Heracliti fragmenta: *ὅσων ὄψις, ἀκοή, μάθησις, ταῦτα ἐγὼ προτιμέω* (Sch. fr. 8). *Ὀφθαλμοὶ γὰρ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες* (Sch. fr. 9). *Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐκ τῶν φανερῶν τὰ ἀφανέα σκέπτεσθαι οὐκ ἐπίστανται* (Sch. fr. 96). *Τοῖσι φανεροῖσι τὰ ἀφανέα γινώσκειν καὶ τοῖς ἐοῦσι τὰ μέλλοντα. Τῷ φανερῷ τὸ ἄδηλον γινώσκεις, τῷ ἐόντι τὸ μέλλον γινώσκεις* (Sch. fr. 99). Item Euripides sentit, res occultas esse concludendas ex rebus manifestis: [2])

Τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ (N. fr. 578)

et

Τἀφανῆ τεκμηρίοισιν εἰκότως ἁλίσκεται (N. fr. 808).

Etiam versus supra iam allati huc referendi sunt (N. fr. 905):

Ὃς τάδε λεύσσων θεὸν οὐχὶ νοεῖ,
μετεωρολόγων δ᾽ ἑκὰς ἔρριψεν
σκολιὰς ἀπάτας, ὧν ἀτηρὰ
γλῶσσ᾽ εἰκοβολεῖ περὶ τῶν ἀφανῶν
οὐδὲν γνώμης μετέχουσα.

Heraclitum autem ab iis, quae sensibus percipiuntur, profectum esse atque proficisci debuisse ex tota philosophiae suae ratione certe omnibus apertum et manifestum est. At si quaerimus, tribueritne Heraclitus sensibus et rebus per se ipsis omnem summamque fidem atque auctoritatem atque sic sensualismi, ut ita dicam, quasi dux extiterit: docemur loco, qui extat apud Sextum Empiricum

1) Sch. fr. 74: *ἡ φύσις κρύπτεσθαι φιλεῖ;* cf. Sch. fr. 8ᵃ: *ἔστι γὰρ ἁρμονίη ἀφανὴς φανερᾶς κρείττων.*

2) Hac de re Anaxagoras nil aperte dixisse videtur, v. Zell. I, p. 909—910.

adv. math. VII, 129—130 [1]) mentem (*λόγον, νοῦν*), potius mentem communem (*κοινὸν λόγον*) sive divinam, cuius eruditissimus quisque particeps sit (*διὸ δεῖ ἕπεσθαι τῷ ξυνῷ (λόγῳ)· τοῦ λόγου δὲ ἐόντος ξυνοῦ ζώουσιν οἱ πολλοὶ ὡς ἰδίαν ἔχοντες φρόνησιν*, Sch. fr. 7) iudicare, sintne vera, quae sensibus percepimus, necne. Idem sentit Euripides: *οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρίνον, ἀλλὰ νοῦς* (N. fr. 901). Natura enim ut deus Delphicus [2]) nihil aperte dicens, sed significans se abdere studet, ut pauci tantum ratione ac mente instructi eam intelligere possint. Quam ob rem aures oculique eorum, qui rationis expertes sunt, non possunt recte cognoscere (*κακοὶ μάρτυρες ἀνθρώποισι ὀφθαλμοὶ καὶ ὦτα βαρβάρους ψυχὰς ἐχόντων* (Sch. fr. 11), quam sententiam Euripides ad vitam refert quotidianam:

Δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν,
ὅστις πρὶν ἀνδρὸς σπλαγχνὸν ἐκμαθεῖν σαφῶς
στυγεῖ δεδορκὼς οὐδὲν ἠδικημένος (Med. 213);

quandoquidem indocti pravis iudiciis capti sunt, eorum observationibus minus fidei tribuendum est.

Neque vero mirum est, quod Heraclitus, cum contemplatione naturae atque conspectu legem eius occultam perspexisset, ut Thales illud *εὕρηκα*, ipse iactavit: *ἐδιζησάμην ἐμεωυτόν* (Sch. fr. 20). Senserat enim illum *παῖδα παίζοντα* (Sch. fr. 49) sive *γνώμην*, quae regit rerum naturam (Sch. fr. 24); summam igitur esse sapientiam, eam intelligere, atque scire, eam secretam esse ab omnibus rebus (Sch. fr. 13). Hanc autem *γνώμην* sive (*κοινὸν*) *λόγον* sive *φύσιν* esse *ἀφανῆ ἁρμονίαν*, quae quidem melior esset *τῆς φανερᾶς*, sed ex hac tantum illam intellegi posse; quocirco ait Heraclitus: *ὅσων ὄψις, ἀκοή, μάθησις, ταῦτα ἐγὼ προτιμέω* (Sch. fr. 8; cf. Hippol. refut. haer. IX, 9—10).

Satis autem habent multi, temere sentire (Sch. fr. 2), sed *ἡ οἴησίς ἐστιν ἱερὰ νόσος* (Sch. fr. 33; cf. 34), et Euripides: *ζητῶμεν· ἡ δόκησις ἀνθρώποις κακόν* (N. fr. 279). De gravissimis igitur rebus temere loquuntur (*μὴ εἰκῆ περὶ τῶν μεγίστων ξυμβαλλώμεθα*, Sch. fr. 10.) expertes mentis universae, tamquam si propriam habeant mentem (*διὸ δεῖ ἕπεσθαι τῷ ξυνῷ (λόγῳ)·*

---

1) v. Schust. p. 138.
2) Sch. fr. 38.

τοῦ λόγου δὲ ἐόντος ξυνοῦ ζώουσιν οἱ πολλοὶ ὡς ἰδίαν ἔχοντες φρόνησιν, Sch. fr. 7. *Οὐ γὰρ φρονέουσι τοιαῦτα πολλοί, ὁκόσοις ἐγκυρσεύουσι, οὐδὲ μαθόντες γινώσκουσι, ἑωυτοῖσι δὲ δοκέουσι*, Sch. fr. 2) Euripides autem (N. fr. 905):

Ὃς τάδε λεύσσων θεὸν οὐχὶ νοεῖ,
μετεωρολόγων δ' ἑκὰς ἔρριψεν
σκολιὰς ἀπάτας, ὧν ἀτηρὰ
γλῶσσ' εἰκοβολεῖ (!) *περὶ τῶν ἀφανῶν*
οὐδὲν γνώμης μετέχουσα (!)

Multis enim taedio est naturae conspectu legem eius cognoscere, sed *ἐὰν μὴ ἔλπηαι, ἀνέλπιστον οὐκ ἐξευρήσει, ἀνεξερεύνητον ἐὸν καὶ ἄπορον* (Sch. fr. 17), vel ut ait Euripides: *ἄελπτον οὐδέν, πάντα δ' ἐλπίζειν χρεών* (N. fr. 761). At plurimi id non intellegunt, etiamsi exaudiverunt (*τοῦ δὲ λόγου τοῦδ' ἐόντος ἀεὶ ἀξύνετοι γίνονται ἄνθρωποι καὶ πρόσθεν ἢ ἀκοῦσαι καὶ ἀκούσαντες τὸ πρῶτον* Sch. fr. 3) surdis similes, qui praesentes absunt: *ἀξύνετοι ἀκούσαντες κωφοῖσι ἐοίκασι, φάτις αὐτοῖσι μαρτυρέει παρεόντας ἀπεῖναι* (Sch. fr. 5). Quod Euripides respicere videtur, cum dicit de ignavis: *ἄπεισι κἂν παρῶσιν ὅμως* (N. fr. 523). Ceterum in communicandis, quae investigavimus, cautio adhibenda et plebi diffidendum est, cum omnes res novas haud libenter accipiat et in eos, qui tales sententias novas excutiunt, odium concipiat — quae praeter alias haud levis causa fuerit, cur Heraclitus sententiis suis tenebras obduxerit instar dei Delphici (Sch. fr. 38), qui nil aperte dicit, sed significat. (*Βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ φιλεῖ ἐπτοῆσθαι*, Sch. fr. 35. *Κύνες γὰρ καταβαΰζουσιν, ὃν ἂν μὴ γινώσκωσι*, Sch. fr. 36. *Ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς γνώσεως βάθη κρύπτειν ἀπιστίη ἀγαθή· ἀπιστίη γὰρ διαφυγγάνει μὴ γινώσκεσθαι*, Sch. fr. 37, cf. Sch. fr. 226.) Euripides quoque consideratam illam diffidentiam laudat:

σώφρονος ἀπιστίας
οὐκ ἔστιν οὐδὲν χρησιμώτερον βροτοῖς (Hel. 1617)

idemque significat, quibus periculis homo sapiens ab rudi plebe oppositus sit:

Οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις, Κρέον,
ἔβλαψε δόξα μεγάλα τ' εἴργασται κακά.
χρὴ δ' οὔποθ' ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ
παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς·

χωρὶς γὰρ ἄλλης ἧς ἔχουσιν ἀργίας
φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ.
σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ
δόξεις ἀχρεῖος κοὐ σοφὸς πεφυκέναι.
Τῶν δ' αὖ δοκούντων εἰδέναι τι ποικίλον
κρείσσων νομισθεὶς λυπρὸς ἐν πόλει φανεῖ (Med. 292).
Καὶ γὰρ οὐδ' ἀζήμιον
γνώμην ἐνεῖναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφήν (Electr. 295), quod confirmatur etiam exemplo Hermodori Heraclito amicissimi: ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἑωυτῶν ὀνήιστον ἐξέβαλον φάντες· ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήιστος ἔστω, εἰ δὲ μή, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων (Sch. fr. 40). Heraclitus vero, cum in se ipso id expertus esset atque aegre ferret, postremo in solitudinem se recepit (Diog. L IX, 3). Quin versus Euripidis supra allati (Med. 292. El. 295) etiam ad Anaxagorae sortem spectare possint, non est in dubio. Sed quid obstat, quin Euripides, cum de viris sapientibus universe dicat, et Heraclitum et Hermodorum et Anaxagoram respexerit? Ceterum Anaxagorae fragmentorum nullum spectat ad ea, quae ante eos versus dicta sunt.

§ 2.

Nobis autem ea, quae extra sunt, contemplantibus quid obversetur, Heraclitus paucis indicat: πάντα ῥεῖ et πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει (Plat. Krat. p. 401 D et 402 A; cf. Schust. p. 204 adn). Anaxagoras vero illam Heracliti sententiam quasi suam fecit atque etiam in ratione exponendi res naturae quandam exhibet similitudinem cum Heraclito. Hic autem perpetuam rerum esse commutationem studiosissima cogitatione atque acri conspectu naturae primus intellexit penitus et posuit cardinem summamque totius philosophiae suae contra Eleatarum disciplinam, itaque ab omnibus veteribus semper ipse unus appellatur auctor huius placiti, ex quo illam tristem Heracliti de vita sententiam exortam esse dicunt. Anaxagoras autem hoc placito suscepto cum praecipue explanare conetur, quo modo haec rerum commutatio fiat, mentem a materia separatam fingit singulas res commiscendo et secernendo in ordinem digerentem.

Idem vero atque Heraclitus sensit Euripides cum de rerum natura, tum de vita humana. Ex magna autem locorum copia,

qui eo spectant, paucos afferam, inprimis hunc Heracliti ipsis ferme verbis expressum:

Τὰ θνητὰ τοιαῦτ᾽· οὐδὲν ἐν ταὐτῷ μένει (Jon. 969).

Tum comparentur versus, qui sequuntur:

Τὰ θνητὰ δ᾽ οὐ νῦν πρῶτον ἡγοῦμαι σκιάν (Med. 1224).

Πάντων τὸ θανεῖν (Alc. 419).

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται (Alc. 782; cf. Andr. 1272), quibus verbis Hercules potans servum id moleste ferentem de rerum natura docet.

Ὡς ἐφήμεροι τύχαι (Heracl. 866).

Hi duo Euripidis loci certe significant Heracliti rationem commutandi:

Ἀεὶ τὸ μὲν ζῇ, τὸ δὲ μεθίσταται κακόν,
τὸ δ᾽ αὖ πέφηνεν αὖθις ἐξ ἀρχῆς νέον (N. fr. 35).

Τὸ μὲν τέθνηκε σῶμα· τοῦτο δ᾽ ἀναβλέπει,

scholiasta notante, Euripidem saepenumero *βλέπειν* pro *ζῆν* usum esse. Conferas autem Plutarchi quoque consol. ad Apoll. 10, p. 106: *καὶ ᾗ φησιν Ἡράκλειτος, ταὐτ᾽ εἶναι ζῶν καὶ τεθνηκός, καὶ τὸ ἐγρηγορὸς καὶ τὸ καθεῦδον, καὶ νέον καὶ γηραιόν· τάδε γὰρ μεταπεσόντα ἐκεῖνά ἐστι κἀκεῖνα πάλιν μεταπεσόντα ταῦτα.*

Τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς
ὅπῃ μοῖρα διεξέρχεται;
στρέφει δ᾽ ἄλλους ἄλλως εἰς ἁμέραν (N. fr. 151).

Conf. librum de diacta I, 5 [1]) *φοιτᾷ κεῖνα ὧδε καὶ τάδε κεῖσε πᾶσην ὥρην;* et I, 4 *συμμισγόμενα δὲ καὶ διακρινόμενα ἀλλοιοῦται* (= qualitatem, id quod sentit Heraclitus, commutant, vide Teichm. p. 254.) et I, 5: *φοιτώντων δὲ ἐκείνων ὧδε καὶ τῶνδ᾽ ἐκεῖσε συμμισγομένων πρὸς ἄλληλα, τὴν πεπρωμένην μοῖραν ἕκαστον ἐκπληροῖ.*

Postremo adde hunc Euripidis locum:

Ἅπαντα τίκτει χθὼν πάλιν τε λαμβάνει (N. fr. 195).

---

1) Libro de diaeta, qui falso addictus est nomini Hippocratis, permulta ex Heracliti libello repetita continentur, quae Bernaysius inprimis (Heraclitea part. I) excussit. Si rem omnem specto, locos a Schustero ex illo libro susceptos Heracliteos esse comprobo, de tempore autem, quo liber de diaeta conscriptus sit, Teichmuellero assentior (Heracleitos, p. 250 et qu. sequ.) Ceterum nunquam paene cogor in hac commentatione longius progredi quam Zellero hac de re videtur.

Haec autem rerum commutatio cursu temporum affertur, quo spectat Heraclitus: *ὥρας, αἳ πάντα φέρουσι* (Plat. qu. Plat. VIII, 4, p. 1007) et: *αἰὼν παῖς παίζων, πεσσεύων ἐστί* (Sch. fr. 49), cui assentitur Euripides:

Ἄλλα γὰρ ἄλλοθεν ἀμείβεται,
μετὰ δ᾽ ἵσταται ἀνδράσιν αἰὼν
πολυπλάνητος αἰεί[1]) (Hippol. 1107). Conf. libri de diaeta locos supra allatos I, 4—5; et I, 5 *χωρεῖ δὲ πάντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα ἄνω καὶ κάτω ἀμειβόμενα .... συμμισγομένων πρὸς ἄλληλα.*

Τύχας δὲ θνητῶν
τὸ μὲν μέγ᾽ εἰς οὐδὲν ὁ πολὺς χρόνος
μεθίστησι, τὸ δὲ μεῖον αὔξων (N. fr. 306).

Conf. libr. de diaet. I, 5: *φθορὴ δὲ πᾶσιν ἀπ᾽ ἀλλήλων, τῷ μέζονι ἀπὸ τοῦ μείονος καὶ τῷ μείονι ἀπὸ τοῦ μέζονος· αὔξεται τὸ μέζον ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος καὶ τὸ ἔλασσον ἀπὸ τοῦ μέζονος.*

Πολλὰ γὰρ τίκτει
Μοῖρα τελεσσιδώτειρ᾽
αἰών τε χρόνου παῖς (Heracl. 896).

Conf. Luc. de Heraclito in vit. auct. c. 14: *ἀμειβόμενα ἐν τῇ τοῦ αἰῶνος παιδιῇ*, et Heracliti *αἰὼν παῖς παίζων* (Sch. fr. 49). Non illo solum loco, sed etiam hoc mihi Euripides illud Heracliti *αἰὼν παῖς παίζων*, qui efficit rerum commutationes easque amat (cf. Schust. fr. 71—73), haud inepte significasse videtur:

Παίζω· μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ (N. fr. 856).

Cui naturae legi omnium rerum esse vicissitudinem, in qua omnis vivendi ratio posita est, nemo obstare potest; nemo effugere potest illud quasi fatum, ne dii[2]) quidem, ut Sol: *Ἥλιος γὰρ οὐχ ὑπερβήσεται μέτρα, φησὶν ὁ Ἡράκλειτος, εἰ δὲ μή, Ἐρινύες μιν Δίκης ἐπίκουροι ἐξευρήσουσιν* (Plut. de exil. c. 11), et: *κρατέει γὰρ* (*ὁ θεῖος νόμος, ὁ τῆς φύσεως*) *τοσοῦτον ὁκόσον ἐθέλει καὶ ἐξαρκέει πᾶσι καὶ περιγίνεται*; et de diaeta I, 5: *χωρεῖ δὲ πάντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα ... τὴν πεπρωμένην μοῖραν ἕκαστον ἐκπληροῖ.*

Euripides autem ita dicit: *Οὐδεὶς δὲ θνητῶν ταῖς τύχαις ἀκήρατος, οὐ θεῶν* (Hercul. 1314).

---

1) venusta annominatio!
2) vide Sch. p. 127 supra.

Μόρσιμα δ᾽ οὔτι φυγεῖν θέμις, οὐ σοφίᾳ τις ἀπώσεται (Heracl. 615).

Καὶ τοὺς σθένοντας γὰρ καθαιροῦσιν τύχαι (Hercul. 1396).

Haec necessitas, prout eius vis hac aliave cernitur, ab Heraclito modo *εἱμαρμένη*, modo *ἀνάγνη*, modo *δίκη* appellatur; ei resistere *ὕβριν* esse dicit [1]), unde etiam Euripides in odio habet tales homines:

Μόρσιμα δ᾽ οὔτι φυγεῖν θέμις (Heracl. 615).
Μισῶ δ᾽ ὅσοι χρήζουσιν ἐκτείνειν βίον . . .
οὓς χρῆν, ἐπειδὰν μηδὲν ὠφελῶσι γῆν,
θανόντας ἔρρειν κἀκποδὼν εἶναι νέοις Suppl. 1109).

Omnia fato fieri ait Heraclitus (Stob. Ecl. I, 5, p. 178): *Ἡράκλειτος οὐσίαν εἱμαρμένης ἀπεφήνατο λόγον . . . . πάντα δὲ καθ᾽ εἱμαρμένην, τὴν δ᾽ αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ ἀνάγκην· γράφει γοῦν. Ἔστι γὰρ εἱμαρμένη πάντως* . . . Conf. Cic. de fato 17, 39.

Illud Heracliti respiciens docet Euripides:

Τὰ γὰρ πεπρωμέν᾽ οὐχ ὑπερβαίην ποτ᾽ ἄν (Jon. 1388).
Οὐδὲν ἂν δύναιο τοῦ πεπρωμένου πλέον (Rhes. 634).
Τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς ὅπῃ μοῖρα διεξέρχεται;
στρέφει δ᾽ ἄλλους ἄλλως εἰς ἁμέραν (N. fr. 151).
Πολλὰ γὰρ τίκτει Μοῖρα τελεσσιδώτειρ᾽ αἰών τε χρόνου παῖς (Heracl. 898).

Notandum est, hoc in loco Euripidem plane consentire cum Heracliti sententia, omnia fato fieri [2]).

Παρὰ δ᾽ ἄλλαν ἄλλα μοῖρα διώκει.
τὸν μὲν ἀφ᾽ ὑψηλῶν βραχὺν ᾤκισε,
τὸν δ᾽ ἀλήταν εὐδαίμονα τεύχει.
μόρσιμα δ᾽ οὔτι φυγεῖν θέμις,
οὐ σοφίᾳ τις ἀπώσεται (Heracl. 611).
Λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμός, σοφῶν δ᾽ ἔπος·
δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον.

Conf. Stol. Ecl. I, 5, p. 178: (*εἱμαρμένην*) *τὴν δ᾽ αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ ἀνάγκην.*

Ἐγὼ καὶ διὰ μούσας καὶ μετάρσιος ᾖξα, καὶ πλείστων ἁψάμενος λόγων κρεῖσσον οὐδὲν Ἀνάγκας εὗρον (Alc. 962). Conf. Stob.

---

1) vide Zell. I, 606 et Sch. p. 183. ceterum hae notiones non inveniuntur apud Anaxagoram.

2) vide Simpl. Phys. 6, a, m: Zell. I, p. 607 adn.

Ecl. I, 41, p. 906: *ἀμοιβάς τε ἀναγκαίας τιθέμενος* (*Ἡράκλειτος*) *ἐκ τῶν ἐναντίων, ὁδόν τε ἄνω κάτω εἰπών.*

Πρὸς τὴν ἀνάγκην πάντα τἄλλ' ἔστ' ἀσθενῆ (N. fr. 301).

Ἔφυ μὲν οὐδεὶς ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν,
θάπτει τε τέκνα χἄτερα κτᾶται νέα
αὐτός τε θνήσκει· καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοί,
εἰς γῆν φέροντες γῆν· (certe Eripidi obversata sunt Heracliti verba: *Ἡράκλειτος γοῦν κακίζων φαίνεται τὴν γένεσιν, ἐπειδάν φησι· γενόμενοι ζώειν ἐθέλουσι μόρους τ' ἔχειν, μᾶλλον δ' ἀναπαύεσθαι, καὶ παῖδας καταλείπουσι μόρους γενέσθαι.* Clem. Strom III, 3 p. 516).

ἀναγκαίως δ' ἔχει,
βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή. (cf. Plut. consol ad Apoll. c. 10, p. 106: *καὶ ᾗ φησιν Ἡράκλειτος, ταὔτ' εἶναι ζῶν καὶ τεθνηκὸς καὶ τὸ ἐγρηγορὸς καὶ τὸ καθεῦδον καὶ νέον καὶ γηραιόν· τάδε γὰρ μεταπεσόντα ἐκεῖνά ἐστι κἀκεῖνα πάλιν μεταπεσόντα ταῦτα. ὡς γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ δύναταί τις πλάττων ζῷα συγχεῖν καὶ πάλιν πλάττειν καὶ συγχεῖν καὶ τοῦτο ἓν πὰρ ἓν ποιεῖν ἀδιαλείπτως, οὕτω καὶ φύσις ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης πάλαι μὲν τοὺς προγόνους ἡμῶν ἀνέσχεν, εἶτα συνεχεῖς αὐτοῖς ἐγέννησε τοὺς πατέρας, εἶτα ἡμᾶς, εἶτ' ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἀνακυκλήσει.* Confer etiam Schust. p. 127).

τί ταῦτα δεῖ
στένειν, ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;
δεινὸν γὰρ οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς (N. fr. 757).

Ut hi duo Euripidis versus, ita Heracliti *μᾶλλον δ' ἀναπαύονται* iam significant, in rerum commutatione nil mali esse, sed etiam voluptatem vel *ἀνάπαυσιν*, ut refert Jamblichus ap. Stob. Ecl. I, 41, p. 906. *Ἡράκλειτος μὲν γὰρ ἀμοιβὰς ἀναγκαίας τίθεται ἐκ τῶν ἐναντίων* ... *καὶ τὸ μὲν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν κάματον εἶναι, τὸ δὲ μεταβάλλειν φέρειν ἀνάπαυσιν.* Atque: *ψυχῇσι τέρψιν ὑγρῇσι γενέσθαι* . . . *μεταβάλλον ἀναπαύεται* (Sch. fr. 71. 72 a). In iisdem autem semper versari rebus esse *κάματον* (cf. Jamblichi locum supra allatum et hunc: *κάματός ἐστι τοῖς αὐτοῖς μοχθεῖν καὶ ἄρχεσθαι* (Sch. fr. 72 b). Illud Euripides indicat bis: *μεταβολὴ πάντων γλυκύ* (Orest 234), quapropter eum callide defricuit comicus quidam:

Ὁ πρῶτος εἰπών, μεταβολὴ πάντων γλυκύ,
οὐ δῆθ' ὑγιαίνει, δέσποτ', ἐκ μὲν γὰρ κόπων
γλυκεῖ' ἀνάπαυσις, ἐξ ἀλουσίας δ' ὕδωρ
καὶ τἄλλα δὴ τοιαῦτά γ'· ἂν δ' ἐκ πλουσίου
πτωχὸς γένηται, μεταβολὴ μέν, ἡδὺ δ' οὔ·
ὥστ' οὐχὶ πάντων μεταβολὴ γλυκεῖα δή (Valk. diatr. p. 237).

Hoc (*κάματον εἶναι* . . .) autem significat eisdem ferme Heracliti verbis usus:

Ὁ γὰρ θέος πως, εἰ θεόν σφε χρὴ καλεῖν,
κάμνει ξυνὼν τὰ πολλὰ τοῖς αὐτοῖς ἀεί (N. fr. 1058).

§ 3.

Etsi autem eis, quae adspectu sentimus, adducimur, ut nihil manere, sed omnia praeterfluere censeamus, tamen nihil revera interit, sed in aliud transit, ut neque ortus neque interitus rerum sit. Secundum Anaxagoram enim rerum commutatio mechanica quadam ratione fit, eo quod „mens" partes quasdam cuiusque rei secernit atque novas pro eis addit; secundum Heraclitum autem rei substantia in aliam convertitur. Quod vero in hac commutatione paulatim pristina illa rei substantia alteri cedens minuitur, haec autem magis magisque illam superans augetur: idcirco scriptores quidam dicunt, secundum Heraclitum omnes res fieri extenuatione et densatione eademque de causa in libro de diaeta notiones „plus et minus" crebro sparsaeque etiam in Heracliti fragmentis et, quae dicuntur, epistolis inveniuntur. Paulatim et continenter unaquaeque res in aliam transit, *ἀλλοιοῦται*, ut est in libro de diaeta I, 4 [1]).

Mundum aeternum esse dicit Heraclitus his: *κόσμον τὸν αὐτὸν ἁπάντων οὔτε τις θεῶν οὔτε ἀνθρώπων ἐποίησεν, ἀλλ' ἦν καὶ ἔστιν καὶ ἔσται πῦρ ἀείζωον, ἁπτόμενον μέτρα καὶ ἀποσβεννύμενον μέτρα* (Sch. fr. 46, v. etiam p. 147). Idem sentit Euripides: *ἀλλ' ἀθανάτου καθορῶν φύσεως κόσμον ἀγήρων* (N. fr. 902) [2]). Natura

1) vide Teichm. p. 254; cf. Heracliti sententiam apud Sext. Emp. adv. math. VII, 130: *ὅνπερ οὖν τρόπον οἱ ἄνθρακες πλησιάσαντες τῷ πυρὶ κατ' ἀλλοίωσιν διάπυροι γίνονται* . . .

2) Anaxagoras aperte non dicit, utrum hic mundus aliquando interiturus sit necne; sed ex philosophiae ratione eius licet intelligamus, mundum semper mansurum esse, v. Zell. I, 990; quocirca hi Euripidis versus etiam ad Anaxagoram referri possunt.

eiusque lex sola immutabilis est, non res (v. Sch. p. 185 et a. l. Zell. I, 620 conf. fr. 66: ὥς φησιν Ἡράκλειτος· τὸ μὴ δῦνόν ποτε πῶς ἄν τις λάθοι;) Euripides Heraclito assentitur: ἡ γὰρ φύσις βέβαιος, οὐ τὰ χρήματα (Electr. 941). Evanescentibus autem rebus aliae semper ex iis ortae succedunt, id quod est ὁδὸς ἄνω κάτω et παλίντροπος ἁρμονίη. Euripides sentit de ea re haec:

Κύκλος γὰρ αὑτός καρπίμοις τε γῆς φυτοῖς
θνητῶν τε γενεᾷ· τοῖς μὲν αὔξεται βίος,
τῶν τε φθίνει τε καὶ θερίζεται πάλιν,

quibus cum versibus comparanda sunt haec Heracliti fragmenta: ὡς γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ δύναταί τις πλάττων ζῷα συγχεῖν καὶ πάλιν πλάττειν καὶ συγχεῖν καὶ τοῦτο ἓν πὰρ ἓν ποιεῖν ἀδιαλείπτως, οὕτω καὶ φύσις ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης πάλαι μὲν τοὺς προγόνους ἡμῶν ἀνέσχεν, εἶτα συνεχεῖς αὐτοῖς ἐγέννησε τοὺς πατέρας, εἶτα ἡμᾶς, εἶτ᾽ ἄλλους ἐπ᾽ ἄλλοις ἀνακυκλήσει [1]) (Sch. fr. 59).

Praeter ea conferas hoc Heracliti fragmentum:

Καὶ ὁ τῆς γενέσεως ποταμὸς οὗτος ἐνδελεχῶς ῥέων οὔποτε στήσεται καὶ πάλιν ἐξ ἐναντίας αὐτῷ ὁ τῆς φθορᾶς εἴτε Ἀχέρων εἴτε Κωκυτὸς καλούμενος ὑπὸ τῶν ποιητῶν. ἡ πρώτη οὖν αἰτία ἡ δείξασα ἡμῖν τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἡ αὐτὴ καὶ τὸν ζοφερὸν ᾅδην ἄγει (Sch. fr. 63); conf. etiam lib. de diaet. I, 4 et I, 5.

Eo hi quoque Euripidis versus spectant:

Τὸ μὲν τέθνηκε σῶμα· τοῦτο δ᾽ ἀναβλέπει (N. fr. 1002).
Μισῶ δ᾽ ὅσοι χρῄζουσιν ἐκτείνειν βίον·
οὓς χρῆν, ἐπειδὰν μηδὲν ὠφελῶσι γῆν,
θανόντας ἔρρειν κἀκποδὼν εἶναι νέοις (Suppl. 1109).

§ 4.

Qua ratione ductus haud male Heraclitus sentit de morte; eam nobis non esse malum, potius hanc vitam nobis revera mortem esse, eam autem vitam; morte nos liberari aerumnis huius vitae, ex qua animus noster discedere semper desideret.

---

1) Vocabulo κύκλου Heraclitus etiam his locis utitur: Censorin. de die nat. c. 17, 2 p. 31 Hultsch: hoc (triginta annorum) tempus genean vocari Heraclitus auctor est, quia orbis aetatis in eo sit spatio; orbem autem vocat aetatis, dum natura ab sementi humana ad sementim revertitur. Ξυνὸν γὰρ ἀρχὴ καὶ πέρας ἐπὶ κύκλου περιφερείας κατὰ τὸν Ἡράκλειτον (Schol. in Il. 14, 200).

Tales autem sententiae nusquam inveniuntur apud Anaxagoram; qui e contrario mortem esse necessitatem putasse videtur, ut non amplius vitam deinceps fore sentiret. Praeter fragmenta Heracliti supra allata (Sch. fr. 70—73) proferam haec quoque: *ἀθάνατοι θνητοί, θνητοὶ ἀθάνατοι· ζῶντες τὸν ἐκείνων θάνατον, τὸν δὲ ἐκείνων βίον τεθνεῶτες* (Sch. fr. 60). Et: *καλῶς εἶπεν Ἡράκλειτος, ὅτι αἱ ψυχαὶ ὀσμῶνται καθ' Ἅιδην* (Sch. fr. 70); praecipue autem hoc: *τοῦ βίου οὔνομα βίος, ἔργον δὲ θάνατος* (Sch. fr. 139). Neque vero aliter sentit Euripides aperte illum locum significans his:

οὐ βίος ἀληθῶς βίος, ἀλλὰ συμφορά (Alc. 802) et *ὁ βίος γὰρ ὄνομ' ἔχει πόνος γεγώς* (v. N. fr. 957). Neque effugit Valkenaerum, quam argute Euripides ambiguitatem vocabuli „*βιος*" (*βίος* et *βιός*) designet his:

οὐδ' ἀποίσεται βίον
τῇ καλλιτόξῳ μητρὶ Μαινάλου κόρῃ (Phoen. 1161).

Itaque non is miser est, qui e vita discedit, sed qui in eam ingreditur. Euripidis versus sunt a Cicerone latine versi (Tuscul. I, 48):

„Nam nos decebat coetus celebrantis domum
lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
humanae vita varia reputantis mala;
at qui labores morte finisset gravis,
hunc omni amicos laude et laetitia exsequi" (N. fr. 452).

Ad alteram autem sententiae Heracliteae partem, mortem esse re vera vitam et *ἀνάπαυσιν*, pertinent hi Euripidis versus:

Τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ' ὃ κέκληται θανεῖν,
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; (! v. N. fr. 830) quos etiam Origines respiciens confert cum Ecclesiastae sententia: omnia vana et qu. seq. Neque minus huc spectant:

Τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται (! N. fr. 639).

Quam sententiam ex Heracliti libello repetivisse Euripidem certe neminem effugiet. Facete autem hanc ob rem vellicavit Euripidem mordax ille comicus atque aetate minor aequalis, Aristophanes in ranis v. 1477:

Τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν, τὸ δὲ καθεύδειν κῴδιον;

et respicit: *καὶ φασκούσας οὐ ζῆν τὸ ζῆν* (Ran. 1082). Adrastus beatam esse iudicat Alcestin pro se mortuam:

Φίλοι, γυναικὸς δαίμον' εὐτυχέστερον
τοὐμοῦ νομίζω, καίπερ οὐ δοκοῦνθ' ὅμως·
τῆς μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλγος ἅψεταί ποτε,
πολλῶν δὲ μόχθων εὐκλεὴς ἐπαύσατο (Alc. 935).

Homines post mortem manet, quod neque sperent neque credant, et ut explicat Heracliti sententiam Themistius (ap. Stob. floril. CXX, 28), si quis hominum animis persuadere posset, quid mortuos maneret, nulla re hic retinerentur (*ἀνθρώπους μένει ἀποθανόντας, ἅσσα οὐκ ἔλπονται οὐδὲ δοκέουσι*, Sch. fr. 69; cf. etiam Sch. fr. 70—71). Similiter Euripides censet vitam futuram esse, quae lateat; quapropter multi vereantur ex hac, quae nulla sit, vita exire:

Πᾶς δ' ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων
κοὐκ ἔστι πόνων ἀνάπαυσις
(mors demum est *ἀνάπαυσις*, cf. Sch. fr. 71—73.)
ἀλλ' ὅ τι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο
σκότος ἀμπίσχων κρύπτει νεφέλαις·
δυσέρωτες δὴ φαινόμεθ' ὄντες
τοῦδ', ὅ τι τοῦτο στίλβει κατὰ γῆν,
δι' ἀπειροσύνην ἄλλου βιότου
κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίας·
μύθοις δ' ἄλλως φερόμεσθα [1]) (Hippol. 189).

Ad novissimos versus referri possunt etiam hi:

τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν, τοῦ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ
πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου (N. fr. 813),

quibus opinio vulgaris redditur, ita ut verba Heracliti Themistius explicat.

§ 5.

Homo mortuus exstinctus est, ut ait Heraclitus: *ἄνθρωπος ἀποθανὼν ἀποσβεσθείς* (Sch. fr. 91) et *ἄνθρωπος, ὅκως ἐν εὐφρόνῃ φάος, ἅπτεται ἀποσβέννυται*

1) Hi versus et supra allati (fr. 830 et 639 *τίς δ' οἶδεν κτλ.*) nullo modo ad Anaxagoram referri possunt, qui praeter quam quod nusquam aperte dixit, animum post mortem mansurum esse, ex tota philosophiae suae ratione docere non potuit, hominem post mortem vitam continuare atque veram melioremque incipere propria sua conservata natura.

(Byw. fr. 77); vitam deinde degens somno similem instar somniantis requiescit (cf. Sch. fr. 70—73 eiusque commentationem p. 272).

Eodem fere modo loquitur Euripides:

Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα διοπετὴς ὅπως
ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς εἰς αἰθέρα (N. fr. 961).
Τοὺς ζῶντας εὖ δρᾶν· κατθανὼν δὲ πᾶς ἀνὴρ
γῆ καὶ σκιά· τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν ῥέπει (N. fr. 536)

quibus versibus traducimur ad hanc Heracliti sententiam: *νέκυες γὰρ κοπρίων ἐκβλητότεροι* (Sch. fr. 51), corpus nisi coniunctum cum animo nullius pretii est; ab eo separatum inutilis est humus. Et Euripides: *Οὐδέν ἐσθ' ὁ κατθανών* (Alc. 381).

Τὰ τῶν θανόντων οὐδέν, ἀλλ' ἄλλως πόνος (Helen. 1421).

Ut omnino nihil, ita hominis quoque animus non interit, sed alienatum quies eum complectitur (Sch. p. 134 adn. et p. 191), ubi primum post mortem revertit, ut tradit Theodoretus (Sch. p 193 adn. 2) Heracliti sententiam, ad universam mentem, propriam conservans naturam [1]). Heraclitus docuit animum fuisse ante quam in corpus venisset et post mortem mansurum esse. Anaxagorae autem hoc non placuisse scriptores quidam referunt. Sed ex ratione quidem eius licet et mentem et materiam esse aeternam censeamus, mentem autem sive animum morte privari propria natura [2]). Hominis animus secundum Heraclitum ortus est ex aëre, quo alitur [3]); qua de causa interdum aëris loco animus ponitur. Sedem mentis divinae in solis igne inesse censet [4]) Cum etiam aër hunc locum tenere possit, animum quodam modo ex solis materie constare ex tota Heracliti commutandi ratione atque eius sententia elucet: *ὁδὸς ἄνω κάτω.*

Quid autem Euripides? Si respicimus locos eius iam supra allatos, quibus hanc vitam esse mortem, et post eam demum veram vitam incipere sentit, facere non possumus, quin ei placuisse censeamus, ut post mortem vita futura sit propria cuiusque natura conservata. Sed cum non esset adstrictus unius disciplinae le-

1) Haec Heracliti sententia parum enucleata est atque etiam in eis, quae adhuc explicata sunt, homines docti inter se valde discrepant.

2) v. Zell. I, p. 639. 648. 908 adn.

3) v. Sch. p. 135. 269.

4) v. Sch. p. 160.

gibus, modo ab hoc, modo ab illo philosopho sententias repetiit, quas saepe immutavit, ut ei videbatur, saepe haud bene intellexit. Atque in his quoque locis, qui sequuntur, utrum magis Heraclitus an Anaxagoras ei ante oculos obversatus sit, maxime dubium est.

Ὁ νοῦς
τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ' ἔχει
ἀθάνατον εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών (Hel. 1015) [1]).
Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,
ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
τὸ δὲ σῶμα δ' εἰς γῆν· οὔτι γὰρ κεκτήμεθα
ἡμέτερον αὐτὸ πλὴν ἐνοικῆσαι βίον,
κἄπειτα τὴν θρέψασαν αὐτὸ δεῖ λαβεῖν.
(Suppl. 532; cf. N. fr. 195. 961).

Prioris loci versu: *ὁ νοῦς τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ' ἔχει ἀθάνατον*, reddi videtur Heracliti sententia, ut eam explicat Schusterus: Animus hominis nunquam interit, sed in quietem incidit sui non compos ut in somno, proprietate sua conservata. Etiam alter versus non abhorret a Theodoreti explicatione Heracliteae sententiae; sed si respicias Zellerum I, p. 908 adn. 2, veri similius illi loci ad Anaxagoram referendi sunt, neque minus hic (N. fr. 836):

Χωρεῖ δ' ὀπίσω
τὰ μὲν ἐκ γαίας φύντ' εἰς γαῖαν,
τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου βλαστόντα γονῆς
εἰς οὐράνιον πάλιν ἦλθε πόλον·
θνήσκει δ' οὐδὲν τῶν γιγνομένων
διακρινόμενον ἄλλο πρὸς ἄλλου
μορφὴν ἑτέραν ἐπέδειξεν.

Hoc autem in loco (Hercul. 660):

Κατθανόντες τ' εἰς αὐγὰς πάλιν ἁλίου δισσοὺς ἂν ἔβαν διαύλους Euripides non solum avem illam Phoenicem, sed etiam Heracliti solem significasse videtur, qui sedes sit mentis divinae atque auctor omnis vitae.

---

1) apud Heraclitum interdum *αἰθὴρ* = *ἀὴρ* (Schust. p. 158 adn.) = mens mundi divina (v. Schust. p. 181 adn.)

2) Sch. fr. 77. 79. 80. 98; v. et p. 223 et p. 227.

§ 6.

Alterum Heracliti argmentum est illa „*παλίντροπος ἁρμονίη*“, quae idem est quod *ὁδὸς ἄνω κάτω* vel *ἓν πάντα καὶ πάντα ἕν*. Eo enim, quod omnia inter se discrepant rursusque concordant, omnia gignuntur, vita denique esse potest [a]), id quod et ipse Euripides intelligit Heracliti *παλίντροπον ἁρμονίην* respiciens:

Μεταβολὰ κακῶν· μέγας ὁ πρόσθ᾽ ἄναξ
πάλιν ὑποσρέφει βίοτον εἰς Ἅιδαν.
ἰὼ δίκα καὶ θεῶν παλίρρους πότμος (Hercul. 735).

(cf. Sch. fr. 63: *ἡ πρώτη οὖν αἰτία ἡ δείξασα ἡμῖν τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἡ αὐτὴ καὶ τὸν ζοφερὸν ᾅδην ἄγει*).

Praetermittendum non est, quod Euripides verba: *δίκα καὶ θεῶν* . . . una composuit Heracliti sententiae suam accommodans, ordinem mundi in *τῇ παλιντρόπῳ ἁρμονίῃ* (*τῷ παλίρρῳ πότμῳ*) vel in *τῇ μεταβολῇ πάντων* positum, cum sit iustus, *δίκην* appellandum esse (cf. Sch. fr. 77: *εἰ δὲ χρὴ τὸν πόλεμον ἐόντα ξυνὸν καὶ δίκην ἐρεῖν καὶ γινόμενα πάντα κατ᾽ ἔριν καὶ χρεώμενα*); cui resistere *ὕβριν* et *ἀδικίαν* esse iam supra dictum est.

Ὁ γὰρ θεὸς πάντ᾽ ἀναστρέφει πάλιν (Suppl. 331), quibus cum verbis cohaerent haec:

Ὃς τὰ θεῶν ἐσορᾷ δεῦρο καὶ αὖθις ἐκεῖσε
καὶ πάλιν ἀντιλόγοις πηδῶντ᾽ ἀνελπίστοις τύχαις.

(cf. de diaet. I, 5: *φοιτᾷ κεῖνα ὧδε καὶ τάδε κεῖσε πᾶσαν ὥρην*, et Sch. fr. 59: *τάδε γὰρ μεταπεσόντα ἐκεῖνά ἐστι κἀκεῖνα πάλιν μεταπεσόντα ταῦτα*):

Maxime autem conspicue, quanta vis insit rebus diversis, ex hoc Euripidis fragmento (N. 890) elucet:

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ᾽, ὅταν ξηρὸν πέδον
ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ·
ἐρᾷ δ᾽ ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο·
ὅταν δὲ συμμιχθῆτον ἐς ταὐτὸν δύο
φύουσιν ἡμῖν πάντα καὶ τρέφουσιν ἅμα,

quod Aristoteles compluribus locis [1]) affert addita Heracliti sententia, ex rebus diversis concordantibus omnia gigni. Coelum autem dicit Heraclitus [2]) et terram, quae sint inter se contraria,

1) Eth. Nic. VIII, 2 p. 1155 b 3. Eth. Eud. VIII, 1 p. 1235 a 16.
2) v. Sch. p. 108. 129. 148.

coniuncta esse inter se humido, quod sit semen omnium rerum (Clem. Al. strom. V, 14: δυνάμει γὰρ λέγει (Ἡράκλειτος), ὅτι πῦρ ὑπὸ τοῦ διοικοῦντος λόγου καὶ θεοῦ τὰ σύμπαντα δι' ἀέρος τρέπεται εἰς ὑγρόν, τὸ ὡς σπέρμα διοικήσεως, ὃ καλεῖ θάλασσαν, ἐκ δὲ τούτου αὖθις γίνεται γῆ καὶ οὐρανὸς καὶ τὰ ἐμπεριεχόμενα).

Huc etiam pertinent hi Euripidis versus in eandem sententiam dicti:

... Βίος δὲ πορφυροῦς θαλάσσιος
οὐκ εὐτράπεζος, ἀλλ' ἐπάκτιοι φάτναι.
ὑγρὰ δὲ μήτηρ, οὐ πεδοστιβής, τροφὸς
θάλασσα· τήνδ' ἀροῦμεν, ἐκ ταύτης βίος
βρόχοισι καὶ πέδαισιν οἴκαδ' ἔρχεται (N. fr. 672).
Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν (N. fr. 935).

Ζῆνα, vitae auctorem; haud scio an respexerit illam Heracliti etymologicam annominationem, qua nomen Ζηνὸς duxit a vocabulo ζῆν [1]).

Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς Αἰθήρ,
ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
ἡ δ' ὑγροβόλους σταγόνας νοτίας
παραδεξαμένη τίκτει θνητούς,
τίκτει δὲ βορὰν φῦλά τε θηρῶν·
ὅθεν οὐκ ἀδίκως μήτηρ πάντων νενόμισται (N. fr. 836).

Cum Euripidis verbis Διὸς αἰθήρ conferas Heracliti Ζεὺς αἰθέριος (Sch. fr. 86).

Heraclitus fingit ex mari discedentem et terram et igneum aëra sive αἰθέρα vel ut est in Clementis loco, οὐρανόν. Huc etiam loci quidam referendi sunt, quibus contraria humidi et sicci non parvi esse momenti demonstrantur, velut epist. Heracl. IX ap. Byw. p. 78, v. 26: καὶ γῆ, τὸ ἀτιμώτατον ἐν κόσμῳ, οὐρανῷ συνάρχει καὶ οὐκ ἀναίνεται οὐρανὸς ἐπίκηρα ἐδάφη, et epist. Her. V, 1: ὑπερβολὴ θερμοῦ πυρετός, ὑπερβολὴ ψυχροῦ παράλυσις, ὑπερβολὴ πνεύματος πνῖγος, ὑπερβολὴ ὑγροῦ ἡ νῦν ἐμὴ ὑγρὰ νόσος,

1) v. Sch. p. 345 et adn.; Bernays. mus. rhen. IX, 256 et q. seq. cf. Plat. Krat. I, 396 A.

adde Heracliti fragm. Byw. 39: *Τὰ ψυχρὰ θέρεται, θερμὸν ψύχεται, ὑγρὸν αὐαίνεται, καρφαλέον νοτίζεται.*

Si respicias Zellerum I, p. 906, forsitan putes Euripidem versibus supra allatis Anaxagorae doctrinam reddidisse; sed ut praetermittam, quod Anaxagoras, quae physici tradiderunt, suscepit: ex tota eius philosophiae ratione apparet, rerum inter se contrarietates, ut calidi et frigidi, tenúis et densi, sicci et humidi nullo pacto ei tanti esse momenti quanti Jonicis. Anaxagoras enim singulas res statuit primas esse neque eas duxit ab elemento uno (v. Zell. I, 881). Heraclides igitur Alleg. hom. 22 vehementer errat, si ex versibus ibi allatis Euripidis, qui Anaxagoreus fuisse fertur, concludit, Anaxagoram terram atque aquam omnium rerum elementa esse docuisse (v. Zell. I, p. 877 adn.). Euripides allatis versibus maxime mihi videtur premere, ex contrariis omnia fieri, id quod ad Heracliti sententiam spectare iam Aristoteles intellexit.

§ 7.

Heraclitus contra Eleatas primus rerum unitatem simulque multitudinem demonstrat (*ἓν καὶ πολλά*). Docet enim res diversas in unum coire atque talem esse earum diversitatem, ut etiam eidem sive toti rei diversae proprietates sive partes insint (Schust. p. 228); tales autem diversitates necessarias esse, quae divergentes rursus coeant; quae nisi essent, nullam fore vitam, nullo modo constare posse mundum (Schust. p. 197 adn.). Illud autem his praecipue verbis reddit: oriri et interire, vitam et mortem idem esse sive in unum coire, id est unius rei diversas partes esse; mori nil aliud esse nisi ex uno statu transire in alterum diversum et cum priore utique coniunctum [1]).

Quid autem Euripides?

ΑΔ. Τέθνηχ' ὁ μέλλων κοὐκέτ' ἔσθ' ὁ κατθανών.
ΗΡ. Χωρὶς τό τ' εἶναι καὶ τὸ μὴ νομίζεται.
ΑΔ. Σὺ τῇδε κρίνεις, Ἡράκλεις, κείνῃ δ' ἐγώ (Alc. 527).

Conf. Heracliti verba: *εἰμέν τε καὶ οὐκ εἰμέν* (Sch. fr. 42).

ΘΕ. Καὶ ζῶσαν εἰπεῖν καὶ θανοῦσαν ἔστι σοι
ΧΟ. Καὶ πῶς ἂν αὑτὸς κατθάνοι τε καὶ βλέποι;
ΘΕ. Ἤδη προνωπής ἐστι καὶ ψυχορραγεῖ (Alc. 141).

1) Sch. fr. 25. 59. 60. 63. p. 237. Byw. fr. 59. 78.

Unicuique autem rei diversas partes inesse, iam supra dictum est. Unde ortae sunt Heracliti sententiae, ut *δίκαιον ἄδικον, ἀγαθὸν καὶ κακὸν ταὐτόν* (Sch. p. 237, Byw. fr. 57), *τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν εἰς ταὐτὸ συνιέναι* (Sch. p. 232 adn.) Et Euripidis: *σύμμικτα μὴ δίκαια καὶ δίκαι' ὁμοῦ* (N. fr. 433); *τὸ καλὸν οὐ καλόν* (Or. 819). Heracliti: *τέρψις ἀτερψίη* (Sch. p. 236 et al. l.) idem est quod Euripidis: *τερπνὸν κακὸν* (Hippol. 383). Hic de amore dicit:

Ἥδιστον, ὦ παῖ, ταὐτὸν ἀλγεινόν θ' ἅμα (Hippol. 348), eodem modo ille: mel et dulce et acerbum esse (Sext. Emp. Pyrrh. II, 63).

Jovem (cuius loco Euripides interdum *αἰθέρα* ponit, ut in fragmento 869: *ἀλλ' αἰθὴρ τίκτει σε, κόρα, Ζεὺς ὃς ἀνθρώποις ὀνομάζεται*, cf. Heracliti verba *Ζεὺς αἰθέριος*) et Plutonem idem esse vel hoc Heracliti: *ἡ πρώτη οὖν αἰτία ἡ δείξασα ἡμῖν τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἡ αὐτὴ ἡμῖν καὶ τὸν ζοφερὸν ᾅδην ἄγει* (Sch. fr. 63) videtur mihi Euripides in mente habere:

Σοὶ τῷ πάντων μεδέοντι χοὴν
πέλανόν τε φέρω, Ζεὺς εἴτ' Ἀίδης
ὀνομαζόμενος στέργεις.

Heraclitus ut suam de rerum diversitate sententiam illustret, variis utitur exemplis, velut ambiguitate vocabuli *βιος*: *τοῦ βίου ὄνομα βίος, ἔργον δὲ θάνατος* (Sch. fr. 139), quam Euripidem in Phoenissis significasse iam Valkenaerus probavit:

Οὐ δ' ἀποίσεται βίον
τῇ καλλιτόξῳ μητρὶ Μαινάλου κόρῃ (Phoen. 1161).

Manifesto autem Euripides Heracliti locum imitatus est eisdem ferme verbis:

Οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος, ἀλλὰ συμφορά (Alc. 802).
Ὁ βίος γὰρ ὄνομ' ἔχει πόνος γεγώς (N. fr. 957).

Aliud exemplum Heraclitus affert: *Θάλασσα ὕδωρ καθαρώτατον καὶ μιαρώτατον, ἰχθύσι μὲν πότιμον καὶ σωτήριον, ἀνθρώποις δὲ ἄποτον καὶ ὀλέθριον* (Sch. fr. 83, Byw. fr. 52). Idem dicit Euripides de muliere (N. fr. 79):

Γυναῖκα καὶ ὠφελίαν καὶ νόσον ἀνδρὶ φέρειν μεγίσταν
ἐδίδαξα τὠμῷ λόγῳ.

Bene ergo constitutum esse ait Heraclitus, diversas vel contrarias res inter se commixtas esse, quibus vita omnis nascatur

et conservetur (v. Sch. p. 197 adn.). Neque aliter sentit Euripides (N. fr. 21):

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά,
ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς,

quem locum Plutarchus affert (de Iside c. 45, p. 369) ut ex Heracliti libello repetitum. De vocabulo *σύγκρασις* vide Schust. p. 232. adn. 1. 241: *ὡς Ἡράκλειτος τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν εἰς ταὐτὸν λέγων συνιέναι δίκην τόξου καὶ λύρας . . τὴν ἐν τῇ γενέσει ἐναρμόνιον μῖξιν τῶν ἐναντίων· ἁρμονίη γὰρ ἀφανὴς φανερῆς κρείττων καθ' Ἡράκλειτον, ἐν ᾗ τὰς διαφορὰς καὶ τὰς ἑτερότητας ὁ μιγνύων θεὸς ἔκρυψε καὶ κατέδυσε.*

Plutarchus (de garrul. c. 17) tradit, Heraclitum quondam ab Ephesiis oratum, ut de concordia diceret, calicem aquae plenum farina conspersisse atque permistis aqua et farina ebibuisse; quo facto tacitum abiisse. Voluit autem significare, diversos esse ordines civitatis eosque inter se contendere necesse esse, ut civitas vigeret.

Eo spectant Euripidis versus et iam supra allati (fr. 423 *σύμμικτα* . . . fr. 21 *οὐκ ἂν γένοιτο* . . .) et hi (N. fr. 207):

τῶν πολλῶν βροτῶν
δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς [1]).

§ 8.

Res diversas vel contraias inter se in iusta ratione esse necesse est, ignem et aquam, siccum ed humidum, calidum et frigidum, neque unquam alterum ab altero prorsus superari; nam diversitate remota vitam omnem extinctum iri; idcirco omne, quod modum excedat, vitiosum et perniciosum esse [2]). (*Ὅσα ἐν ἡμῖν, ἑκάστου τὸ κράτος νόσημα· ὑπερβολὴ θερμοῦ πυρετός, ὑπερβολὴ ψυχροῦ παράλυσις, ὑπερβολὴ πνεύματος πνῖγος, ὑπερβολὴ ὑγροῦ ἡ νῦν ἐμὴ ὑγρὰ νόσος*, epist. Her. V, I. *Εἰ τὸ ἕτερον τῶν*

1) Quae toto § 7. dicta sunt, nulla ratione referri possunt ad Anaxagorae philosophiam, qui singulas res ex variis materiis, non diversis vel contrariis constare doceat; v. Zell. I, p. 882, 911.

2) de verbis: diversus et diversitas quae §§ 7—8 crebro inveniuntur, v. Schusteri expositionem p. 241 et adn. 1 (contra Zellerum, qui semper: contrarius et contrarietas vertere vult; cf. supra: *ἐναντίων* — *διαροφάς* — *ἑτερότητας*.

ἐναντίων ἐπιλείψει, οἴχοιτο ἂν πάντα ἀφανισθέντα· διὸ καὶ μέμφεται τῷ Ὁμήρῳ Ἡράκλειτος εἰπόντι „ὡς ἔρις κτλ.“ οἰχήσεσθαι γάρ φησι πάντα. Simpl. in categ. Schol. in Arist. p. 88 b 30).

Hoc Euripidis loco contrarietas sicci et humidi ita exponitur, ut alterum altero compleri intelligamus:

Γῆ δ' ἐστίν, ὄνομα δ' ὁπότερον βούλει, κάλει·
αὕτη μὲν ἐν ξηροῖσιν ἐκτρέφει βροτούς.
Ὁ δ' ἦλθεν ἐπὶ τἀντίπαλον, ὁ Σεμέλης γόνος·
βότρυος ὑγρὸν πῶμα εὗρε (Bacch. 276).

In iusta autem ratione diversitates esse debent:

Τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ·
τῷ πλέονι δ' ἀεὶ πολέμιον καθίσταται
τοὔλασσον ἐχθρᾶς θ' ἡμέρας κατάρχεται.

(cf. de diaet. I, 5: *φθορὴ δὲ πᾶσιν ἀπ' ἀλλήλων, τῷ μέζονι ἀπὸ τοῦ μείονος καὶ τῷ μείονι ἀπὸ τοῦ μέζονος· αὔξεται καὶ τὸ μέζον ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος . .*).

Qua de causa omne nimium vertitur in vitium.

Οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ τοῦ μηδὲν ἄγαν·
καὶ ξυμφήσουσι σοφοί μοι (Hippol. 264).
Τὰ δ' ὑπερβάλλοντ'
οὐδένα καιρὸν δύναται θνητοῖς (Med. 1271).

cf. ep. Her. V, I: *ὑπερβολὴ ὑγροῦ ἡ νῦν ἐμὴ ὑγρὰ νόσος.*

II.

Λόγος πολιτικός.

Heracliti fragmenta, quae ad politicam partem pertinent, haud multa numero sunt, minora autem ea, quae parti theologicae tribuenda sunt. Sed liber ipse ita divisus esse videtur, ut politica et theologica parte, id quod ipso eius indice „*περὶ φύσεως*“ probatur, prima magis illustraretur et Heracliti physica placita exemplis ex rebus politicis et theologicis repetitis declararentur. Qua de causa multa, quae, si rem ipsam spectes, alteri aut tertiae parti tribuenda sunt, iam in prima forsitan exstiterint, qua ratione et ipsi hanc rem tractavimus. Ceterum notare velim, quae parte altera et tertia continentur, referri non posse ad Anaxagoram, cuius nulla quidem de rebus politicis aut theologicis fragmenta supersunt.

§ 1.

Ἦθος ἀνθρώπειον μὲν οὐκ ἔχει γνώμας, θεῖον δὲ ἔχει ait Heraclitus (Sch. fr. 14). Idem Euripides videtur sentire:

Σοφωτέρους γὰρ χρὴ βροτῶν εἶναι θεούς (Hippol. 126)

eosque reprehendere, qui illud neglegentes suum ingenium prudentius esse divino iactant.

Ἀλλ' ἡ φρόνησις τοῦ θεοῦ μεῖζον σθένειν
ζητεῖ, τὸ γαῦρον δ' ἐν φρεσὶν κεκτημένοι
δοκοῦμεν εἶναι δαιμόνων σοφώτεροι (Suppl. 216).

Itaque in omnibus, quae agimus, quamquam nescii, ex numine divino pendemus (.. *αὐτοῖσι πάντα γίνεται δι' ἀνάγκην θείην καὶ ἃ βούλονται καὶ ἃ μὴ βούλονται* Sch. fr. 97; *θεῶν γὰρ νόος ἐδίδαξε μιμέεσθαι τὰ ἑαυτῶν, γινώσκοντας ἃ ποιέουσι, καὶ οὐ γινώσκοντας ἃ μιμέονται*, de diaet. c. 11, Sch. p. 280 adn. 3). Et Euripides:

Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα
δρῶμέν τε τοιαῦθ', ἂν σὺ τυγχάνῃς θέλων (Suppl. 734).

Fortasse huc referenda sunt haec quoque:

Τέλος ἔχει δαίμων βροτοῖς, τέλος ὅπᾳ θέλει (annominatio, Orest. 1545).

Natura sive numen divinum nihil curat leges humanas institutaque, lex naturalis sive divina praevalet (*Ἃ μὲν οὖν ἄνθρωποι ἔθεσαν, οὐδέποτε κατὰ τωὐτὸ ἔχει οὔτε ὀρθῶς οὔτε μὴ ὀρθῶς· ὁκόσα δὲ θεοὶ ἔθεσαν, ἀεὶ ὀρθῶς ἔχει*, Sch. fr. 96 fin. *Τρέφονται γὰρ πάντες οἱ ἀνθρώπινοι νόμοι ὑπὸ ἑνὸς τοῦ θείου. κρατέει γὰρ τοσοῦτον ὁκόσον ἐθέλει καὶ ἐξαρκέει πᾶσι καὶ περιγίνεται*, Sch. fr. 123).

Euripidis autem verba sunt:

Ἡ φύσις ἐβούλεθ', ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει (N. fr. 912).

Ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι χὠκείνων κρατῶν
νόμος· νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα
καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι' ὡρισμένοι (Hec. 800).

Ab una illa lege divina omnes leges humanae aluntur (Sch. fr. 123 supra allat.), pro quibus ut pro muris populus pugnare debet (*μάχεσθαι χρὴ τὸν δῆμον ὑπὲρ τοῦ νόμου ὅκως ὑπὲρ τείχεος*, Sch. fr. 125). Similiter dicit Euripides:

Τὸ γὰρ συνέχον ἀνθρώπων πόλεις
τοῦτ' ἔσθ', ὅταν τις τοὺς νόμους σώζῃ καλῶς (Suppl. 312).

Ut Euripides, ita Heraclitus, quanto erat amore libertatis, in odio habebat tyrannos et aversus erat ab immoderata ratione populari (v. Sch., p. 358 et q. seq., p. 377 et q. s.)

Qui pugnans interfectus est, illum et dei et homines colunt (*ἀρηιφάτους οἱ θεοὶ τιμῶσι καὶ ἄνθρωποι*, Sch. fr. 119).

Εἰ γὰρ εἰσιν οἱ θεοὶ σοφοί,
εὔψυχον ἄνδρα πολεμίων θανόνθ' ὕπο
κούφῃ καταμπίσχουσι ἐν τύμβῳ χθονί (Hel. 851).

§ 2.

Ab inertibus et ignavis, eventus variante fortuna, superatos aliquotiens viros fuisse praestantes Heraclitus monuit, ut eius verba vertit Ammianus Marc. XXI, 16, 14. Idem sentit Euripides:

Ἐσθλῶν κακίους ἔνιοτ' εὐτυχέστεροι (Hel. 1213).

Πολλοὶ κακοὶ, ὀλίγοι δὲ ἀγαθοί ait Heraclitus (Sch. fr. 26 b), et Euripides:

Δόξω τε τοῖς πολλοῖς· πολλοὶ γὰρ κακοί (Iph. T. 678).

At mihi quidem unus, si est optimus, pluris est quam sexcenti (*ὁ εἷς μύριοι, ἐὰν ᾖ ἄριστος*, Sch. fr. 30) Neque aliter Euripides:

Ὀλίγοι γὰρ ἐσθλοὶ κρείσσονες πολλῶν κακῶν (N. fr. 246).
Ὀλίγους ἐπαινῶ μᾶλλον ἢ πολλοὺς κακούς (N. fr. 358).

Itaque *νόμος, καὶ βουλῇ πείθεσθαι ἑνός* (Sch. fr. 127). Euripides autem aliis verbis idem dicit:

Ἀνδρὸς ὑπ' ἐσθλοῦ καὶ τυραννεῖσθαι καλόν (N. fr. 8).

§ 3.

Σωφρονεῖν ἀρετὴ μεγίστη sentit Heraclitus (Sch. fr. 124) quibus cum verbis comparandus est hic Euripidis locus:

Τὸ σωφρονεῖν δὲ καὶ σέβειν τὰ τῶν θεῶν κάλλιστον (Bacch. 1150).

Θυμῷ γάρ φησι (*Ἡράκλειτος*) *μάχεσθαι χαλεπόν· ὅ τι γὰρ ἂν χρήζῃ γίνεσθαι, ψυχῆς ὠνέεται* (Sch. fr. 128, Jambl. Protrept. p. 334 Kiessl.) Quam difficulter ira sit compescenda, et quam malum sit ei indulgere, his demonstrat Euripides:

Οὐ νῦν κατεῖδον πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις
τραχεῖαν ὀργὴν ὡς ἀμήχανον κακόν (Med. 447).
Ὀργῇ δὲ φαύλῃ πόλλ' ἔνεστ' ἀσχήμονα (N. fr. 261).
Ὀργῇ γὰρ ὅστις εὐθέως χαρίζεται,
κακῶς τελευτᾷ· πλεῖστα γὰρ σφάλλει βροτούς (N. fr. 31).
Ὁ θυμὸς ἀλγῶν ἀσφάλειαν οὐκ ἔχει (N. fr. 1026).
Ὀργαὶ γὰρ ἀνθρώποισι συμφορᾶς ὕπο
δειναί, πλάνος τε καρδίᾳ προσίσταται (N. fr. 1025).
Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων
ὅσπερ μεγίστων αἴτιος κακῶν βροτοῖς (Med. 1079).
Πολλοὺς δ' ὁ θυμὸς ὁ μέγας ὤλεσεν βροτῶν (N. fr. 259).

Tres novissimi loci conferendi sunt inprimis cum Heracliti verbis *ὅτι γὰρ ἂν χρήζῃ γίνεσθαι, ψυχῆς ὠνέεται.*

Itaque temperantia sit in rebus secundis; superbia magis incendio opprimenda est (Amm. Marc. XXI, 16, 14 Heracliti verba ita vertit: illud vero eminere inter praecipuas laudes, cum potestas in gradu velut sub iugum missa nocendi saeviendi cupiditate et irascendi in arce victoris animi tropaeum erexerit gloriosum. *Ὕβριν χρὴ σβεννύναι μᾶλλον ἢ πυρκαϊήν*, Sch. fr. 126).

Ὁρῶ δὲ τοῖς πολλοῖσιν ἀνθρώποις ἐγὼ
τίκτουσαν ὕβριν τὴν πάροιθ' εὐπραξίαν (N. fr. 440).
Εὐτυχοῦντες οὐκ ἐπίστανται φέρειν (Suppl. 124).
Κρεῖσσον δὲ νίκαν μὴ κακόδοξον ἔχειν
ἢ ξὺν φθόνῳ σφάλλειν δυνάμει τε δίκαν (Andr. 777),

quo loco traducimur ad hanc Heracliti sententiam:

Ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων (Sch. fr. 92). Idem dicit Euripides his:

Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός (N. fr. 1007).
Ἡ φύσις ἑκάστῳ τοῦ γένους ἐστὶν πατρίς (N. fr. 1050).

III.

Λόγος θεολογικός.

Hanc partem longe minimam amplitudine esse et antea dictum est et inde apparet, quod multis locis et Euripidis et Heracliti ita de rebus divinis disseritur, ut potius primae aut alteri parti adiungendi sint.

Ad Heracliti *φύσει ὀρθὸν και δίκαιον* (v. Sch. p. 325. 319. 333. 347) pertinere videntur Euripidis versus:

Οὐ γὰρ κρεῖσσόν ποτε τῶν νόμων γιγνώσκειν χρὴ καὶ μελετᾶν.
κοῦφα γὰρ δαπάνα νομίζειν ἰσχὺν τόδ᾽ ἔχειν,
ὅ, τι ποτ᾽ ἄρα τὸ δαιμόνιον, τό τ᾽ ἐν χρόνῳ μακρῷ
νόμιμον ἀεὶ φύσει τε πεφυκός (Bacch. 891).

De poëtis, ut Homero et Hesiodo, Heraclitus haec dicit: (*τοὺς ποιητὰς*) *δίκη καταλήψεται ψευδῶν τέκτονας καὶ μάρτυρας, ἀπίστους ἀμφισβητουμένων βεβαιωτάς* (Sch. fr. 136. 136 b).

Et ipse Euripides fabulis fictis, quae a poëtis traduntur, sane diffidens monet, ne eis confidamus:

Δεῖται γὰρ ὁ θεός, εἴπερ ἔστ᾽ ὄντως θεός,
οὐδενός· ἀοιδῶν οἵδε δύστηνοι λόγοι (Herc. 1345).
Οὐδεὶς δὲ θνητῶν ταῖς τύχαις ἀκήρατος,
οὐ θεῶν, ἀοιδῶν εἴπερ οὐ ψευδεῖς λόγοι (Herc. 1315).
Μύθοις δ᾽ ἄλλως φερόμεσθα (Hippol. 197).
Φοβεροὶ δὲ βροτοῖσι μῦθοις
Κέρδος πρὸς θεῶν θεραπείας (Electr. 743).

De hominum more deum in aedes concludendi locum quendam invenimus in epist. Heracl. IV, fin: *Ἆρ᾽ οὐκ εἰμι εὐσεβής, Εὐθύκλεις, ὃς μόνος οἶδα θεόν, σὺ δὲ καὶ θρασὺς εἰδέναι οἰόμενος καὶ ἀσεβὴς τὸν μὴ ὄντα δοκῶν; ἐὰν δὲ μὴ ἱδρυθῇ θεοῦ βωμός, οὐκ ἔστι θεός, ἐὰν δὲ ἱδρυθῇ μὴ θεοῖ, θεὸς ἔστιν, ὥστε λίθοι θεῶν μάρτυρες;* quocum conferendus est Euripidis (Clem. Al. strom. V, p. 584 B).

Ποῖος δ᾽ ἂν οἶκος, τεκτόνων πλασθεὶς ὕπο
Δέμας τὸ θεῖον περιβάλοι τοίχων πτυχαῖς;

Heraclitus his duobus fragmentis cum illum ea aetate iam inhonestissimum deorum cultum, tum mysteriorum lasciviam

carpit: *Εἰ μὴ γὰρ Διονύσῳ πομπὴν ἐποιοῦντο καὶ ὕμνεον ᾆσμα αἰδοίοισιν, ἀναιδέστατα εἴργασται... Τὰ γὰρ νομιζόμενα κατ' ἀνθρώπους μυστήρια ἀνιερωστὶ μυεῦνται* (Sch. fr. 132. 133).

Saepe numero pravum illum morem Euripides reprehendit positis ob oculos vitiis, quae in tali cultu percrebruerant. Aptissima autem occasio illam licentiam vellicandi ei oblata erat fabula Baccharum:

Τελετὰς πονηρὰς εἰσάγων· γυναιξὶ γὰρ
ὅπου βότρυος ἐν δαιτὶ γίγνεται γάνος,
οὐχ ὑγιὲς οὐδὲν ἔτι λέγω τῶν ὀργίων (Bacch. 260).
... ὃς εἰσφέρει νόσον
καινὴν γυναιξὶ καὶ λέχη λυμαίνεται (Bacch. 353).

Cf. epist. Heracl. VII, B. p. 75, v. 9: *ἢ κόρην βίᾳ διαπαρθενευθεῖσαν ἐν παννυχίσιν...*

Τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς;
νύκτωρ τὰ πολλά· σεμνότητ' ἔχει σκότος (Bacch. 485).
Ἴδοιμ' ἂν ὀρθῶς Μαινάδων αἰσχρουγίαν (Bacch. 1062).

De vaticinatione hic extat locus in libro de diaeta (Sch. fr. 99): *Μαντικὴ τοιόνδε, τοῖσι φανεροῖσι τὰ ἀφανέα γιγώσκειν καὶ τοῖσι ἐοῦσι τὰ μέλλοντα.* Simili modo dicit Euripides:

... Μαντικῇ μὲν οὐ λέγω, τοῖς πράγμασι δέ (Bacch. 368).
Γνώμη δ' ἀρίστη μάντις ἥ τ' εὐβουλία (Hel. 757).

In hunc Euripidis locum (Alc. 965):

Κρεῖσσον οὐδὲν Ἀνάγκας εὗρον, οὐδέ τι φάρμακον
Θρῄσσαις ἐν σανίσιν, τὰς Ὀρφεία κατέγραψεν γῆρυς..

extat scholion apud Cobetum, p. 278: *Ὁ φυσικὸς Ἡρακλείδης εἶναι ὄντως φησὶ σανίδας τινὰς Ὄρφεως λέγων οὕτως· τὸ δὲ τοῦ Διονύσου κατεσκεύασται ἐπὶ Θρᾴκης ἐπὶ τοῦ καλουμένου Αἵμου, ὅπου δή τινας ἐν σανίσιν ἀναγραφὰς εἶναί φασιν...* Recte mihi videtur Cobetus vocabulum *Ἡρακλείδης* immutasse in vocabulum *Ἡράκλειτος*. Locorum enim, quos paulo ante attulimus, respectu non miremur, si Heraclitus etiam mysteriorum Orphicorum mentionem fecit, idque eo minus, quod Heraclitus alia quoque commemoravit quae ad arcanas ceremonias atque magicas superstitiones pertinent, quae a rerum concordia repetitae sunt. (Velut: *Καὶ τοῖσι ἀγάλμασι τουτέοισι εὔχονται, ὁκοῖον εἴ τις δόμοις λεσχηνεύοιτο, οὔτε γινώσκων θεοὺς οὔτε ἥρωας οἵτινές εἰσι*, Sch. fr. 129. 130. Ironice sacrificia appellavit Heraclitus remedia (*ἄκεα*)

scelerum ap. Jambl. myst. Aeg. I, 11, v. Sch. p. 335 adn. 4. Elias Cret. ad Greg. Naz. or. XXIII p. 836: Quos quidem (offerentes turpiora sacrificia) irridens Heraclitus: purgantur, inquit, cum cruore polluuntur, non secus ac si quis in lutum ingressus luto se abluat).

Praeterea Orphica et Eleusinia mysteria artissime coniuncta erant et Pisistrati beneficio maxime colebantur et pervulgabantur. Quod autem Heraclitus Eleusiniae Cereris cultui praeerat Ephesi, manifestum est, eum praecepta et ceremonias amborum mysteriorum perspexisse atque cognovisse (Strab. XIV, 1, 3 p. 633). Neque facile Bernaysii emendatio: *ὁ Ποντικὸς Ἡρακλείδης* (mus. rhen. VII, p. 98 adn. 1) probari potest eo, quod permultis locis, quos perlegi, a me nunquam inventa est lectio: *ὁ Ποντικὸς Ἡρακλείδης*, sed ubique: *Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς*, contra saepe numero legi: *ὁ φυσικὸς Ἡράκλειτος*, *ὁ σκοτεινὸς Ἡράκλειτος* et *Ἡράκλειτος ὁ φυσικὸς*, *Ἡρ. ὁ σκοτεινός* (cf. Sch. p. 168; Byw. adnot. pag. 10. 24. 26. 27. et al.) Accedit, quod ex his duobus mendis utique facilius atque crebrius vocabulum *Ἡράκλειτος* in *Ἡρακλείδης* immutari poterat, id quod Bernaysius ipse multis locis allatis satis demonstrat. Si quis denique, ut Bernaysius, obiciat, colorem huius loci non congruere Jonicis, parvi momenti est, cum Heracliti sententiae neque verbis eius vetustis reddendae neque semper redditae sint; quapropter nonnunquam Schusterus eas antiqua oratione restituere studet. Atque Bernaysius ipse Aristotelis locum quendam Heracliteum esse censet, quamquam non est Jonica dialecto expressus (mus. rhen. p. 265 et adn.)

Quae quum ita sint, mihi quidem Cobeti coniectura probabilior videtur esse; quamquam non prorsus negare velim, verba a scholiasta relata posse Heraclidae esse, qui Heracliti quendam de Orphicis mysteriis locum forsitan explicaverit; erat enim praecipuus „*Ἡρακλείτου ἐξηγητής*."

Sic in hac quoque re Euripidis et Heracliti quiddam commune esse videtur. Praeterea utriusque est, etymologica notatione nomina propria, inprimis deorum interpretari. Jam supra dictum est, ut alia praetermittam, Heraclitum nomen *Ζηνὸς* a verbo *ζῆν* duxisse. Similem interpretationis rationem secutus Euripides cum aliis locis, tum his dicit:

Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις (Bacch. 367).

. . . Ἀληθῶς δ᾽ ὄνομα Πολυνείκην πατὴρ
ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον (Phoen. 636).

Denique ut, quid universe uterque scriptor de vita senserit, breviter tangam, inter omnes constat, quam flebilem eam esse putaverit Euripides. Heraclitus autem quam tristi et maesto fuerit animo, non solum testimoniis arguitur, sed etiam ex fragmentis eius ipsis apparet, qua de causa scriptores quidam illam Heracliti naturam depravantes fingebant indoli ridentis illius Abderitae maxime fuisse contrariam. Neque tamen alienum sit legere, quae de ea re Diogenes L. (IX 3. 6. 12) et Lucianus (vit. auct. c. 14) tradunt, etsi Zellerus (I, p. 569 adn.) eos locos ut inanes sine iusta causa improbat et respuit.

Ex hac commentatione satis compertum esse censeo, Euripidem illum Heracliti libellum non solum legisse summaque diligentia perspexisse, sed etiam eius sententias fabulis suis intexuisse. Quibusdam enim locis paene ad verbum, permultis autem re quidem cum Heraclito concinit. Sic inveterata illa opinio Euripidem Anaxagorae studiosissimum et prope unicum fuisse assectatorem eiusque tantum sententias fabulis suis docuisse, si non sublata, certe subversa esse videtur; efficiatur quidem hoc opusculo velim, ut vir sollertior atque doctior hanc quaestionem altius perscrutetur atque satis bene absolvat, quod bonum, felix faustumque sit!



